Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





de astantibus uiros multos
Tremefactus autem iudex
uirtutem xpi atque admirans
tolerantiam sci martis iussit
ut caput eius gladio abs
cideretur dicens. Quem le
gibus imperatorum non obtem
perantem reperimus. hunc iu
bet nostra potestas capitalem
subire sententiam. Spicula
tores autem tulerunt eum cum
festinatione de medio iu
dicii. Sanctus uero martir xpi
sco signo crucis xpi. roga
uit spiculatores ut largi
rentur ei paruam horam
donec oraret. Et stans con
tra orientem deprecabatur
dominum dicens. Domine deus
pater domini nostri ihesu xpi. ad
esto in adiutorium mihi fa
mulo tuo et mitte ange
lum tuum. ut suscipiat
in pace animam meam. ut
non impediat me pesti
fer. et interfector draco
in sua malignitate et ne
suadet me in fallatia sua.

et con requiescere eam fac in
choro sanctorum martirum tuorum
et erue populum tuum de tri
bulatione impiorum. quoniam
te decet omnis honor et po
testas. una cum unigeni
to tuo atque sancto et uiuifican
te spiritu in secula seculorum amen.
Et cum complesset orationem
percussus est a spiculatore.
et factus est terremotus ma
gnus ita ut omnes exclama
rent dicentes. Magnus est
deus xpianorum. Et crediderunt
multi in dominum nostrum ihesum xpm.
Conserui autem beati bo
nifacii circuibant ubique
requirentes eum. et non in
uenientes ceperunt dicere
ad inuicem. Ille aut in ad
ulterio aut in tabernam positus epula
tur. et nos circuimus ubique
requirentes eum. Cum
ergo inter se confabularentur.
contigit obuiare eis fratrem
de commentariis. et dicunt
ei. Ne forte uidistis aliquem
uirum peregrinum romanum.